

MISCELLANEA

AUTOUR DE L'ŒUVRE DES HAGIOGRAPHES DE SAINT NORBERT. -:- -:- -:-

Il n'est pas sans intérêt d'étudier la méthode historique qui présida au XVII^e et XVIII^e siècles à l'élaboration des vies de saint Norbert qui virent alors le jour.

Dans cet ordre d'idées, nous donnons ici la minute d'une lettre à ce sujet.

Charles-Louis Hugo, abbé d'Etival, venait de publier son *Histoire de saint Norbert*, à Luxembourg en 1704. L'abbé Arnulphe Simon, de l'abbaye de Bonfays, près de Mirecourt dans les Vosges, poussé par une belle émulation se proposa de publier une traduction française du *Vita* qu'avait édité et commenté Papebrochius dans les *Acta Sanctorum* en 1685. A l'instar des éditions flamandes d'Anvers, il envisageait une travail illustré de gravures. Ce ne serait cependant pas une vulgaire traduction, mais il voulut y mettre du sien, et s'ingénia à éclaircir quelques points douteux. C'est à cette occasion qu'il adressa à l'abbé Teniers de l'abbaye de Saint-Michel à Anvers des demandes de renseignement, dans une lettre que nous ne possédons plus. Nous avons cependant retrouvé la « minute » de la réponse du prélat de Saint-Michel. Elle est extrêmement suggestive.

L'abbé Teniers fut avant tout l'intermédiaire entre le prélat Simon et les bollandistes de la Compagnie de Jésus, qui à cette époque résidaient à Anvers. Il s'agissait de leur soumettre quelques points douteux, ce qui fut fait. La réponse, si elle n'apporte pas de grandes lumières nouvelles, ne laisse cependant d'attirer l'attention. Elle montre en même temps comment à cette époque tous les détails du *Vita* étaient repris, soumis à l'examen, et éclaircis par les données dont disposait la science hagiographique.

Cette réponse, comme le semble indiquer le « *responsio datur nomine ipsius abbatis S. Michaelis praedicti* », fut préparée par les Bollandistes, qui communiquèrent leur « minute », à l'abbé Teniers

et lui cédèrent généreusement l'honneur des trouvailles. C'était une délicate attention envers celui qui avait défrayé pour une grande partie la publication au sujet de S. Norbert et des abbayes dont l'origine se rattache à l'œuvre du saint à Anvers ; Saint-Michel, Middelbourg, Averbode et Tongerlo. Les Bollandistes mettent à ce propos sous sa plume : « comme j'ai contribué de mon argent à l'illustration de la vie latine ».

Le document est classé aux archives de l'abbaye de Tongerlo, Dossier Saint-Michel, I, nr. 148.

Abbaye de Tongerlo.

A. ERENS, O. Praem.

Responsio ad quaedam dubia Amp. Dno Teniers abbati S. Michaelis Antverpiae proposita ab Amplmo Do Arnulfo Simon, abbate Bonifageti et in Congregatione Can. Praemonstr. antiqui rigoris Vicario Generali, circa S. Norbertum et ejus gesta. 1702.

Responsio datur nomine ipsius Abbatis S. Michaelis praedicti.

Illustrissime ac Reverendissime Praelate,

Et zelus meus propagandae S. Patris nostri Norberti gloria, et laudabilis conatus vester imprimantium gallica lingua illustratam latine vitam et acta ejus a P. Daniele Papebrochio stimulant me denuo, ut quemadmodum contuli huic de aere meo, quo copiosius illustrare vitam latinam posset : ita conferam vobis operam meam ad illustrandam editionem gallicam. Verum quid ego, aut ipsi etiam hagiographi conferre eo possimus novi praeter bonam voluntatem hic, ubi tam recenter excussa fuerunt tum archiva nostra, tum ipsorum monumenta, vix video. Quae in litteris vestris memorantur, talia sunt pleraque, ut hic praetermissa non fuissent, si qua eorum notitia suppetiisset. Interea tamen litteras et quaesita vestra Hagiographis submisi, et rogavi ut si quid possent ad aliqua forte quaesita novae quidpiam illustrationis addere, mea causa id vellent. Atque haec fere sunt, quae ab ipsis recepi. Quidquid scripserint de S. Patre nostro Hagiographi, puta de genealogia ejus, quam per imperatores et Lotharingie Duces vos cupitis deduci, item de tempore, quo inter sanctos computatus sit ; deque aliis nonnullis, ita illos scripsisse ut putaverint se sufficiens argumentum habuisse ad taliter scribendum pro gloria Sancti et sancti Ordinis ejus ; absque eo quod... infallibilia earumdem rerum documenta vobis... ^{a)}

a) Le texte de la lettre a disparu ici.

Quis Ludolphus ille eremita fuerit ; quis ille Atticus archidiaconus ; quod nomen competitoribus archiepiscopatus Magdeburgensis ; quod episcopo Misnensi fuerit, multis laboribus in quaerendo impensis nondum comperistis. Nos vero putamus a nullo comperiendum, nisi hactenus ignota monumenta in publicum prodeant, unde ea innotescunt.

Miracula ad invocationem S. Patris hic dudum nulla sunt facta. An facta sint Pragae post editam nuper hic Sancti vitam, inde proprius innotescere Vobis poterit quam hinc.

Vita S. Patris a Joanne Bapt. Schellenborg Augustae anno 1645 impressa, hic ignota est ¹⁾. Poterit illa propriori vobis loco, ubi impressa est, peti, quam hinc ; aut poterit Francofurti in proximis nundinis quaeri ; ubi etiam facilius invenientur nuperae Vindiciae quas dicitis contra veritatem translationis reliquiarum S. Patris editas, quia recentior ille liber est et in Germania, uti existimo, similiter impressus ²⁾.

Quis ille sit episcopus Monasteriensis, qui restitit, uti dicitis B. Godefrido, volenti suum Cappenbergense castrum in Praeposituram convertere ? Dicendum fuisse Theodoricum Wincenburgicum. Is enim praefuit ecclesiae Monasteriensis, quando B. Godefridus anno 1122 castrum Cappenbergh Deo obtuli ac mutavit in cœnobium. De illo sic legitur in Annalibus Paderbornensibus R. P. Nicolai Schaten, pag. 701 : « Evocatus et Theodericus Winceburgius, Monasteriensis episcopus, in consilium. Is licet vir caetera pius ac religionis augendae amantissimus, non tamen probavit, tam vetus ac nobile castrum commutari in religiosae vitae domicillium. Locum, aiebat, natura munitum, celebremque tanta majorum gloria, doecesi potius relinquendum propugnaculum ; alium se illi multo opportuniorem condendo cœnobio daturum pollicebatur ».

Seriem episcoporum Ratzeburgensium a B. Evermodo habemus quidem in codice, quem Antonius Monchiacenus Demochares, Doctor Sorbonicus, anno 1562 Parisiis impressit ; sed non distinguit, fuerintne Ordinis Praemonstratensis, an alii. Sic autem illos enumerat : « Evermodus, sue Evervoldus, S. Isfridus, Philippus, Henricus, Lambertus, Gotschalcus, Petrus, S. Lutolfus martyr, Firidericus, Ulricus de Blucher, Conradus, Hermannus frater Ulrici superioris, Mar-

1) J. B. Schellenberg S.J., *Vita et res gestae S. Norberti*. Augsbourg, 1641, in-12°.

2) L'ouvrage de Ph. Muller-Schneider : *Vindiciae Norbertinae sive ostensio summaria de S. Norberti archiepiscopi Magd. reliquiis... Pragae delatis*. Iena, 1683.

quardus Lesenen cognomento ». Sequuntur alii. Videri de iisdem plura possunt apud Crantzium in Metropoli.

Dignitas Cappellani Imperatoris erat illo tempore praecipue cuiusdam sacerdotis aut episcopi, quem Imperator praeficiebat sacris reliquiis, quas etiam in bellum profecturi principes aut aliter peregrinantes, secum deferre consueverunt. Dicti olim fuerunt Cappellani non a cappella aliqua cui forte praeerant, sed a cappa S. Martini, quam reges Franciae tanta in veneratione habuerunt, ut ipsis *ad bella euntibus* pro signo anteferretur, et per eam, hostibus victis, victoria potirentur : unde et custodes illius cappae usque hodie *cappellani* appellantur, uti loquitur Honorius Augustodunensis in Sermone de S. Martino. Crevit haec dignitas, et tempore S. Norberti perquam conspicua fuit. Nolim tamen negare ipsum quoque Cancellarium fuisse, non quidem Henrici V, sed Lotharii : cum dicat Chronographus sacer ad annum Domini 1132, quod ingresso in Italiam Lothario, *quia Archiepiscopus Coloniensis defuit*, qui jure debet esse cancellarius in illis partibus, Norbertus Archiepiscopus Magadaburgensis huic officio deputatus est ». Ex quibus verbis concludi posse videtur, Norbertum in comitatu Lotharii fuisse cum is in Italiam proficiscebatur, verosimiliter tanquam Cappellanus ipsius et sacris reliquiis praepositus ; in Italiam autem ingresso supervenisse etiam dignitatem Cancellarii, propter absentiam Archiepiscopi Coloniensis, cui dignitas illa per Italiam propria est quemadmodum Moguntino per Germaniam, ac Trevirensi per Galliam.

Atque haec sunt, Prelate Amplissime, quae pro meo zelo conferre possum ad quaesita vestra ; eaque, rogo, ut aequi bonique consulat. Dabam Antverpiae die Martii 1702.

Illustrissime ac Reverendissime Praelate
Dignitatis Vestrae

Addictissimus et humillimus servus.

PROKOP DIWISCH, ERFINDUNGEN EINES
ÖSTERREICHISCHEN PRIESTERS. -:-

* * *

Prokop Diwisch wurde auf dem zu Senftenberg gehörigen Gute Helkowitz am 26. März 1698 geboren und auf den Namen Wenzel getauft. Das Gymnasium studierte er in Znaim. In der Schulmatrik erscheint er eingetragen als Wenzeslaus Dibisch. Boemus, Senftenbergensis, Praem. Seine weiteren Studien vollendete er im Stifte Klosterbruck. Am 30. November 1720 legte er das Ordensgelübde